



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum circumstantia det speciem peccato.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

natura sit melius, sicut substantia accidere. Pater autem, quod nec etiam bonum naturae, & malum immediate opponuntur: quia non omne non ens est malum, sicut omne ens est bonum, unde ratio non sequitur.

AD TERTIUM dicendum, quod bonum & malum in moralibus opponuntur contrarie, & non secundum privationem, & habitum. Malum enim ponit aliquid, in quantum consequitur quendam ordinem, vel modum, vel speciem, ut supra dictum est, unde nihil prohibet ea opponi mediate, sicut Philosophus ponit: sed malum in natura consequitur privationem simpliciter, unde bonum, & malum naturae licet non sint immediata simpliciter, ut dictum est, sunt tamen immediata circa proprium susceptibile, ut privatio, & habitus. Quartum & quintum concedimus, procedunt enim de actu non in specie, sed de actu singulari prout exit a voluntate.

AD SEPTIMUM dicendum, quod in natura nihil est casuale secundum relationem ad causam primam, quia omnia sunt a Deo prout causa: sed sunt aliqua casualia per comparisonem ad causas proximas: habere enim causam non excludit casuale, sed habere causam per se casualia, non sunt quae ex causis per accidens oriuntur. In actibus autem hominis sunt aliqui quidem, qui sunt propter finem imaginatum, sed non deliberatum: sicut confectio barbae, vel aliquid huiusmodi, qui in genere moris quodammodo se habent, sicut actus casuales in natura, quia non sunt a ratione, quae est per se causa moralium actuum.

AD PRIMUM dicendum, quod non omnis actus procedens a voluntate informata charitate est meritorius, si voluntas pro portione accipiatur, alioquin venialia peccata essent meritoria, quae committunt interdum etiam charitatem habentes: sed verum est quod omnis actus, qui est ex charitate est meritorius. Hoc autem est simpliciter falsum, quod omnis actus qui non est ex voluntate informata charitate sit demeritorius: alioquin illi, qui sunt in peccato mortali, quolibet suo actu peccarent, nec eis esset consulendum, quod interim quicquid boni possent facerent, nec opera ab eis facta quae sunt de genere bonorum, disponeret eos ad gratiam, quae omnia sunt falsa. Teneatur autem quilibet ad conformandum voluntatem suam voluntati divinae, quantum ad hoc, quod velit quicquid vult Deus eum velle secundum quod Dei voluntas innotescit per prohibitiones, & praecepta: non autem quantum ad hoc quod ex charitate velit, nisi secundum illos qui dicuntur quod modus charitatis est in praecepto. Quae quidem opinio aequaliter vera est, alioquin sine charitate posset aliquis legem implere, quod est Pelagianae impietatis: nec tamen est vera omnino, quia sic aliquis charitatem non habens, honorans patres peccaret mortaliter ex omissione modi, quod est falsum. Unde modus sub necessitate praecepti includitur, secundum quod praeceptum ordinatur ad consecutionem beatitudinis, non autem secundum quod ordinatur ad vitandum reatum poenae, unde qui honorat parentes, non habens charitatem non meretur vitam aeternam: sed tamen neque demeretur. Ex quo patet quod non omnis humanus actus, etiam in singulari consideratus, est meritorius vel demeritorius, licet omnis sit bonus vel malus. Et hoc dico propter eos qui charitatem non habent, qui mereri non possunt, sed habentibus charitatem omnis actus est meritorius vel demeritorius, ut obiciendo probatum est.

AD OCTAVUM dicendum, quod non habet charitatem, non meretur poenam. Sicut enim habitibus non meremur,

A sed actibus: ita neque ipsa careria habituum demeremur. Demeretur autem aliquis per hoc, quod obfaculum charitati ponit, vel omittendo vel committendo. Neque ille in Evangelio punitus est, quia non habuit vestem nuptialem: sed quia non habens vestem nuptialem ad sacrum convivium intraverat. Dicitur est enim. Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?

AD NONUM dicendum, quod verum & falsum opponuntur secundum ens & non ens: verum enim est cum dicitur esse quod est, vel non esse quod non est, falsum autem cum dicitur esse quod non est, vel non esse quod est, unde sicut nec inter esse & non esse est medium, ita nec inter verum & falsum. De bono autem, & malo, alia ratio est, ut ex supradictis patet.

AD DECIMUM dicendum, quod illi qui contrarie nituntur voluntati Dei, implent ipsam praeter intentionem suam. Sicut Iudei occiderunt Christum, impleverunt voluntatem Dei de redemptione humani generis praeter suam intentionem: hoc autem est unum exemplorum, quae Gregorius ponit. Sic autem implere Dei voluntatem neque est bonum, neque laudabile. Alia tria concedimus, procedunt enim de executione singularis actus.

CONCEDIMUS etiam quae adducuntur in oppositum: procedunt enim de bono & malo actu ex genere.

ARTICULUS VI.

Utrum circumstantia det speciem peccati, aut variet ipsam.

SEXTO quaeritur, utrum circumstantia det speciem peccati, aut variet ipsam transferendo in aliud genus peccati. Et videtur quod non, principium enim speciei est intrinsecum: circumstantia autem est extrinseca, ut ipsum nomen sonat, ergo circumstantia non dat speciem peccati. Sed dicendum quod id, quod est circumstantia actui in specie naturae considerato, dat speciem actui in quantum est moralis.

¶ 2 Sed contra, sicut se habet obiectum ad actum in genere, ita se habet obiectum morale ad actum morale: sed obiectum dat speciem actui, ergo obiectum morale actui morali, non ergo circumstantia.

¶ 3 Praeterea, idem actus peccati habet multas circumstantias. Si ergo circumstantia dat speciem peccati, sequitur quod idem peccatum sit in diversis speciebus, quod est impossibile.

¶ 4 Praeterea, id quod iam est sub specie constitutum, non accipit speciem ab alio, nisi priori specie corrupta: sed furtum est iam constitutum in aliqua specie peccati, per circumstantiam autem istam additam quae est furari de loco sacro, aut rem sacram, non auferitur prima species: quia adhuc est furtum, ergo praedicta circumstantia non dat aliquam speciem peccati, & pari ratione nec aliqua alia.

¶ 5 Praeterea, peccata videntur diversificari ab invicem secundum superabundantiam & defectum, sic enim opponitur liberalitas prodigalitati: sed abundantia & defectus videntur ad unam solam circumstantiam pertinere, quae est quantum, ergo aliae circumstantiae non diversificant speciem peccatorum.

¶ 6 Praeterea, peccatum omne est voluntarium, ut Augustinus dicit: sed voluntas non fertur super circumstantiam, sicut cum aliquis furatur vas aureum consecratum, non curat de consecrato: sed solum de auro, ergo ista circumstantia non dat speciem peccati, & pari ratione nec aliae.

¶ 7 Praeterea, illud quod non manet, sed statim transit, non potest variari a specie quam prius habuit: sed actus peccati non manet, sed statim transit, ergo circumstantia non potest variare speciem peccati.

¶ 8 Praeterea.

la corp. ar.

In explic. sua in lib. 1. Regu non remore a principio.

Li. 1. retrac. cap. 9. & 13. tom. 1.

¶ 8 Præ. Sicut contingit esse defectū in moralibus, secundum aliquas circumstantias: ita & in naturalibus. Monstra enim contingunt in natura, quandoque quidem propter arctitudinem loci, quandoque autem propter abundantiam materiae, aut etiam diminutionem, & ex alijs huiusmodi causis: & tamen semper est idem in specie quod nascitur, ergo nec in moralibus species peccati diuersificatur per corruptionem diuersarum circumstantiarum.

¶ 9 Præ. Finis dat speciem in moralibus, quia ex intentione iudicatur actus moralis bonus vel malus: sed circumstantia non est finis, ergo circumstantia non dat speciem peccato.

¶ 10 Præ. Peccatum opponitur virtuti: sed circumstantia non variat speciem virtutis: eiusdem enim virtutis est benefacere clerico vel laico, scilicet liberalitatis vel misericordiae, ergo circumstantia non variat speciem peccati.

¶ 11 Præ. Si circumstantia mutet speciem peccati, oportet qd peccatū aggrauet: sed quādoq; nō aggrauat, illa scilicet quæ vř speciem mutare, puta si sit ignorata, vt si aliquis accedat ad coniugatam quam nescit coniugata, adulterium facit. Nec tamen vř aggrauari peccatum, quia minimum habet de ratione peccati, quod minimum habet de voluntario. Non ergo huiusmodi circumstantia mutat speciem peccati.

¶ 12 Præ. Si ista circumstantia quæ est factū dat speciem peccato, cum remaneat ibi furtum, sequitur qd sit ibi & sacrilegium & furtum. Et sic in vno actu facit duo peccata, quod videtur inconueniens.

¶ 13 Præ. Secundum Philof. in lib. Ethico, actio in moralibus est, sicut conclusio in speculatiuis: sed circumstantia nō variat speciem conclusionis, ergo neq; variat speciem actus moralis, & sic nō dat speciem peccato.

¶ 14 Præ. Si ut sunt quidā actus morales, ita & sūt quidā actus artis: sed circumstantia non variat speciem actus artificialis, quia nō refert in quocunq; loco, vel in quocunq; tempore, aut ex quacunq; causa faber cultellum faciat, quantum ad speciem artis, ergo nec circumstantia variat speciem actus moralis.

¶ 15 Præ. Malum ex genere conuenit diuidi contra malum ex circumstantia: sed malum ex genere pertinet ad ipsam speciem peccati, ergo malum ex circumstantia, non pertinet ad speciem peccati, non ergo circumstantia dat speciem peccato.

¶ 16 Præ. Circūstātia in quātū aggrauat, facit malus malū: sed magis & minus nō diuersificat speciem, ergo circumstantia aggrauas nō variat speciem peccati.

SED CONTRA, Locus est circumstantia quādā: sed locus dat speciem peccato: dicitur enim sacrilegium esse, si aliquis de loco sacro furetur, ergo circumstantia dat speciem peccato.

¶ 2 Præ. Si aliq; cognoscat mulierē coniugatā, adulteriu cōmittit, quod est quādā species peccati: sed soluta eē, vel coniugatā mulierē est quādā circumstantia actus, ergo circumstantia dat speciem peccato.

RESPON. Dicendū, qd ad euidentia huius questionis tria consideranda sunt. Primo, vnde peccatū speciem habeat: secundo quid sit circumstantia: & sic tertio poterit esse manifestū quomodo circumstantia dat speciem peccato. Quātū ergo ad primū, considerādū est, qd cum actus moralis sit actus qui est a rōne procedens voluntarius, oportet qd actus moralis speciem hēat fm aliquid in obiecto consideratū, quod ordinem habeat ad rationem. Et sic in precedētī q. dictum est, qd si sit cōueniens rōni, erit actus bonus fm speciem: si autē sit discordans a ratione, secun-

F dum spēm malus erit, hoc autem quod est non cōueniens rōni circa obiectum consideratum, diuersificare pōt peccati speciem dupliciter, uno modo quidē materialiter, alio modo formaliter. Materialiter quidē p oppositum ad virtutē. Differunt enim virtutes specie, secundum qd ratio medium aduenit in diuersis materijs, puta iustitia est secundum qd ratio medium cōstituit in commutationibus, & distributionibus, & huiusmodi actionibus: temperantia autem secundum qd in concupiscentis inritudo secundum qd in timoribus & audacis, & de alijs: nec debet alicui inconueniens videri si diuersificauerit spēs virtutū secundum diuersas materias, cum diuersitas materiae consueuerit esse causa diuersitatis non specierum, sed indiuiduorum, quia etiā in naturalibus diuersitas materiae diuersitas in spē causat, quando diuersitas materiae diuersitatem formæ requirit, vñ & in moralibus necesse est diuersas spēs virtutes esse circa diuersas materias, quibus rō diuersimode adiuuenit medium. Sic in concupiscentis adiuuenit medium refrigerandi vñ & virtus in eis cōstituta propinquior est defectū quā superabundantiæ, ut ipsum temperantiæ nō mē ostēdit. In audacis autē & timoribus non recedendo, sed magis impellendo ratio adiuuenit medium: unde virtus in his cōstituta propinquior est superabundantiæ qd defectū, ut ipsū fortitudinis nō ostēdit, & similiter est videre in cæteris. Sic ergo & ppositū ad virtutes, peccata differunt fm diuersas materias, puta homicidiū, adulteriū, & furtū. Nec dicendū, qd differant spēs fm differentiā præceptorū, sed magis econuerso præcepta distinguuntur fm differentiā virtutum & vitiorum, quia præcepta hoc sunt, ut fm virtutem operemur, & peccata contemnemus. Si vero aliqua essent peccata solū, qd probibita, in his rōnabile esset, ut scdm differentiā præceptorum, spēs peccata differerēt: sed quia circa unam materiam, cum sit una virtus, contingunt esse peccata spēs diuersa, oportet secundo considerate formate diuersitate spēs in peccatis, prout, si peccatum vult se superabundantiā vel scdm defectū, sicut differant inditas a psumptione, & illiberalitas a prodigalitate, vel scdm diuersas circumstantias, sicut spēs gula adtinguntur scdm ea, quæ in hoc versu continentur. Propterea, laute, nimis, ardēter, studiose. Sic ergo arbitro qualiter peccata spēs differant, considerandum est quid sit circumstantia. De autē circumstantia, quæ cōstitat actū quāli extrinsecus, extra actus substantiā consideratū, hoc autē est uno qdē mō ex parte materiae: siue finalis, cū consideramus cur fecerit, siue ex parte agētis principalis, cū consideramus qd fecerit, siue ex parte instrumenti cū consideramus quomodo fecerit, vel quibus auxilijs. Alio mō circumstantia actū ex parte mēsuræ, puta cū consideramus, utrum quā fecerit. Tertio mō ex parte ipsius actus, siue si fecerit in suo modū agēdi, puta utrum lente vel fortiter percussit, frequēter aut semel, siue consideramus obiectū siue materiā actus, puta utrum percussit partem vel extraneū, siue etiā effectū quē agēdo inducit, utrum percussio vulnerauerit, vel etiam occiderit, quæ oīa cōtinentur hoc versū. Quis, qd, ab auxilijs, cur, quō, quā, ita tñ qd in quid includitur non solum effectus, sed etiam obiectum, ut intelligatur, & quod & circa quid. His ergo vilijs considerandum est, quod licet in alijs aliquid est extrinsecum superiori, quod est intrinsecum inferiori, & rationabile est præter rationem animalis, quod

G

H

I

K

1.2.q.72. ar. 1. corpo.

Ar. preced.

men est de ratione hominis: ita aliquid est circumstantia respectu actus communis considerati, qđ respectu actus magis in speciali considerati, nō potest circumstantia dici. Sicut si consideremus hunc actum, qui est accipere pecuniam, non est de rōne eius quod sit aliena: unde alienum se habet ad actū sic consideratum, ut circumstantia. Sed de ratione furti est, qđ sit aliena, vnde non est circumstantia furti: non tamen oportet quod omne, quod est prater rōnem superioris, sit de ratione inferioris. Nam alibi, sicut non est de ratione animalis: ita non est de rōne hominis, vnde accidentaliter comparatur ad utrumque. Et similiter nō oportet, quod omne qđ est circumstantia communioris actus constituat speciem aliquā in actibus: sed illud tantum quod per se pertinet ad actum. Iam autem dictum est, quod ad actū morale aliquid per se pertinet, secundum qđ comparatur ad rationem, vt cōueniens, & repugnās. Si ergo circumstantia addita nullam specialem repugnantiam ad rōnem importet, non dat spēm actui. puta vt re alba nihil addit ad rōnem pertinens: unde de albi non constituit speciem actus moralis: sed vt re aliena addit aliquid ad rōnem pertinens, unde constituit spēm actus moralis. sed considerandū est ulterius, qđ circumstantia addita ad rationem pertinens potest constituere nouam speciem peccati dupliciter. Vno modo ita qđ species per circumstantiā constituta sit quādam species illius peccati, quod prius considerabatur in actu cōmuniore, siue spēs peccati cōstituat formaliter, siue materialiter: materialiter quidē, sicut si supra hoc quod dico vt realia, addatur uxore, ex quo constituit adulteriū: formaliter autē, sicut si accipiam rem alienam de loco sacro: sit enim sacrilegium, quod est spēs furti. Aliquando autem per circumstantiam constituit quaedā alia species disparata, nō pertinens ad illud gen<sup>9</sup> peccati. Sicut si ego furer rē alienā, ut possim homicidiū facere, uel symoniam cōmittere, trahitur ad spēm peccati omnino disparatam, & hmoi. Simile etiam in alijs rebus inuenimus. Si enim supra coloratum consideretur album, sit species qualis, quod prius considerabatur: si autē supra coloratum intelligatur dulce, sit alia species qualis omnino disparata. Cuius diuersitatis rō est, quia cum id qđ additur, est p se diuisiuum eius cui additur, facit speciem eius: cum autem per accessu se habet ad ipsum, habet quidem speciem suam, quā tñ non est spēs eius cui additur: quia quod aduenit per accidēs, nō fit unum per se cum eo, cui aduenit. Sic ergo patet quō circumstantia pōt constituere speciem peccati.

AD PRIMVM ergo dicendum, qđ illud quod consideratur, ut circumstantia & extrinsecum respectu actus aliquo modo considerati, potest etiam considerari, ut intrinsecum respectu actus alio modo cōsiderati, & dare speciem ipsi.

AD SECVNDVM dicendum, qđ sicut actus in cōi recipit speciem ab obiecto, ita actus moralis recipit speciem ab obiecto morali: non tñ pp hoc excluditur, quin recipiat speciem per circumstantias; quia ex circumstantia pōt cōsiderari in obiecto aliqua noua conditio, per quā dat spēm actui. Puta si dicam, accipere rem alienam in loco sacro existentem, hic consideratur conditio obiecti ex circumstantia loci, & sic fit species furti, quā est sacrilegiū ex circumstantia loci, & nō ex conditione obiecti. Et similiter necesse est accidere quodcumq; species peccati, quā p circumstantiam constituitur, com-

A paratur ad peccatū praeintellectum, vt species ad genus, sicut sacrilegiū ad furtū, vel adulteriū ad fornicationem. Quando vero species peccati ex circumstantia proueniēs, nō est species peccati praeintellecti, sed est quādam alia species disparata, tūc potest intelligi qđ circumstantia dat speciem, nō secundum qđ ex ea resultat aliqua cōditio circa obiectum: sed secundum qđ illa circumstantia consideratur, vt obiectum alterius actus circumstantis. sicut si aliquis mœchatur vt furetur, additur quādam alia species peccati propter actum intentionis tendentē in malū sine qđ est obiectum intentionis. Et similiter si qđ faciat aliqd indecēs in tpe sacro, ipsū sacrum quod consideratur vt circumstantia, respectu actus indecentis qui in eo sit, potest cōsiderari a vt obiectum respectu alterius actus circumstantis, qui est contentere tempus sacrum. Et simile potest dici in alijs.

AD TERTIVM dicendum, qđ quādo circumstantia constituit speciem, quā cōparatur ad peccatum praeintellectum, sicut species ad genus subalternum, nō sequitur qđ idē sit in diuersis speciebus. Esse. n. sub hoīe & sub aīali, nō est esse sub diuersis speciebus. qđ homo vere est id quod est aīal, & simile est de sacrilegio & furto: sed si circumstantia constituat aliā speciem peccati, disparatā, sequitur eundē actum eē sub diuersis speciebus peccati. Nec hoc est inconueniens, qđ species peccati non est species actus fm suā naturā, sicut supra dictum est, sed fm eē morale, quod cōparatur ad naturā actus, sicut quale ad substantiam, vel potius sicut deformitas qualis ad subiectum. Sicut ergo non est inconueniens, qđ idem corpus sit album & dulce, quā sunt diuersae species qualitatis, & qđ idem homo sit cæcus & surdus, qui sunt diuersi defectus secundum speciem: ita non est inconueniens qđ idem actus sit in diuersis speciebus peccati. Et per hoc etiam patet responsio ad QVARTVM.

AD QVINTVM dicendum, qđ nō oīs differētia peccatorum est fm superabundantiā & defectum, sed fm diuersam materiā, & fm defectum aut superabundantiā in diuersis circumstantiis. Et tamē superabundantiā, & defectus non solum attenditur fm quātum, sed fm quascunq; circumstantias qđ siue aliquis operetur vbi non oportet, vel quādo nō oportet, & similiter in ceteris, erit abundantia: defectus autem si in quocunq; prae dictorum deficiat.

AD SEXTVM dicendum, qđ licet principaliter voluntas furātis, nō seratur ad rem sacrā, sed ad aurū, a feratur tamen super rem sacram ex consequenti. Magis enim vult rem sacram accipere, quā auro carere.

AD SEPTIMVM dicendum, qđ cū dī qđ circumstantia, mutat speciem peccati, aut trāstert in aliud genus, nō intelligitur qđ actus prius exiitēs in vna specie iterū resumatur, & fiat alterius speciei: sed qđ actus qđ absq; circumstantia cōsideratur, nō eēt in tali spē peccati, circumstantia superueniente illā speciem peccati habet.

AD OCTAVM dicendum, qđ defectus circumstantiā in natura nō mutat speciem substantiālē naturā, sed mutat speciem deformitatis. Alia. n. species mōstri est, qđ causatur ex arctitudine loci, & ex multitudine materiā. Et similiter est in proposito, vt dictum est.

AD NONVM dicendum, qđ actus moralis nō hēt speciem a fine remoto: sed a fine proximo qui est obiectum. Dictum est autem qđ circumstantia dat speciem in quantum est obiectum alicuius actus, vel in quantum ex ea resultat aliqua conditio circa obiectum.

AD DECIMVM dicendum, qđ ēt in virtutibus circumstantia transfert in aliā speciem, licet nō oīs. Facere enim

D. 599.

D. 345.

Art. pte.

D. 347.

In corp. art.

enim magnos sumptus, est actus magnificentiae, sed facere magnos sumptus in templo construendo, est actus religionis.

Ad xi. dicendum, quod omnis circumstantia constituit aliquam speciem peccati, necesse est quod aggravet, quia si absque hac circumstantia non erat peccatum, facit de non peccato peccatum. Si autem erat peccatum, inducit plures peccati deformitates. Si autem talis circumstantia sit penitus ignorata, tali ignorantia quod non habeat culpam, speciem peccati non constituit formaliter loquendo: sed materialiter tantum. Sicut si aliquis accedit ad coniugatam quam non credit coniugatam, committit quidem id quod est adulterium, non quasi adulter, quia forma talis actus est ex ratione & voluntate. Quod autem ignoratur non est voluntarium. Unde si accederet ad coniugatam alterius, quam putaret esse suam uxorem, esset absque peccato, sicut cum Lya subinducta est Iacob, loco Rachelis.

Ad xii. dicendum, quod si circumstantia constituit speciem quae se habet ad peccatum praeter intellectum ut species eius, sicut adulterium ad fornicationem, non sunt duo peccata, sed unum, sicut Sortes non est duas substantias, pro hoc quod homo est & animal: sed si constituat speciem disparatam peccati, erit quidem unum peccatum pro una substantia actus: sed multiplex pro multis & diversis deformitates peccati, sicut pomum est unum quale pro unitate subiecti: sed multiplex quale propter diversitatem coloris, & saporis.

Ad xiii. dicendum, quod similitudo conclusionis ad actionem moralem attenditur quantum ad hoc, quod sicut actus syllogisticus terminatur ad conclusionem, ita processus rationis in moralibus terminatur ad opus: non autem est similitudo quantum ad omnia. Nam operationes morales sunt in singularibus, in quibus diversae circumstantiae considerantur, conclusiones autem in rebus speculativis sunt per abstractionem a singularibus. Et tamen etiam conclusiones variantur circa aliquas circumstantias, pertinentes ad rationem syllogismi. Aliter enim se habent conclusiones in materia necessaria, & in materia contingenti, & in diversis scientiis est diversus modus conclusionum.

Ad xiiii. dicendum, quod et actiones artis variantur secundum diversas circumstantias, ad rationem artis pertinentes. Aliter enim operatur artifex domum ex cemento, & aliter ex luto, aliter et in una regione quam in alia, sed considerandum est quod aliqua circumstantia pertinet ad rationem actus moralis, quae non pertinet ad rationem artis, & econverso.

Ad xv. dicendum, quod cum distinguitur malum ex circumstantia contra malum ex genere, dicitur malum ex circumstantia quod aggravat quidem: sed non transfert in aliud genus.

Ad xvi. dicendum, quod magis & minus quandoque consequuntur diversas formas, & tunc diversificant speciem: sicut si dicamus quod rubeum est magis coloratum quam pallidum. Quandoque vero consequuntur diversam participationem unius & eiusdem formae, & tunc non diversificant speciem: sicut si aliquid dicatur altero magis album.

ARTICVLVS VII.

*Utrum aliqua circumstantia aggravet peccatum, quae non conferat peccato speciem.*

**S**EPTIMO quaeritur, utrum aliqua circumstantia aggravet peccatum, quae non conferat peccato spe-

ciem. Et videtur quod non. Peccatum enim habet malitiam ex parte avertionis: sed circumstantia habet ex parte conversionis. Non ergo circumstantia aggravat malitiam peccati.

¶ 2. Præter. Si circumstantia habeat in se aliquam malitiam, constituit speciem aliquam peccati: si autem non habeat in se aliquam malitiam, nulla ratio est quare peccatum per eam aggravetur. Non ergo potest esse circumstantia quae circumstantia aggravans, quin det speciem peccati.

¶ 3. Præter. Dionysius dicit, quod bonum est ex sua causa, malum autem ex singularibus defectibus: secundum quamlibet circumstantiam consideratur aliquis defectus singularis. ergo secundum quamlibet circumstantiam aggravantem est aliqua species mali: & peccatum.

¶ 4. Præter. Omnis circumstantia aggravans facit differentiam in malitia, quae est quodammodo substantia peccati, in quantum est peccatum: sed id quod facit differentiam in substantia variat speciem. ergo omnis circumstantia aggravans variat speciem peccati.

¶ 5. Præter. Ex eis est augeretur & sumus; augeretur enim ex his ex quibus nutrimur, nutrimur autem ex his quibus sumus, ut dicitur 2. de Generatione. Si ergo aggravat malitia peccati pro aliqua circumstantia aggravans, & pro eadem habeat esse aliqua peccati species.

¶ 6. Præter. Virtus & vitium opponitur. Omnis autem virtus constituitur in specie per circumstantias: ergo diuina terribilia secundum quod oportet, ubi oportet, & quod oportet, & similiter circa alias circumstantias; fortitudinis est, ergo & peccatum secundum quod oportet.

¶ 7. Præter. Peccatum habet speciem ex obiecto: sed obiectum quamlibet circumstantiam ad minus aggravat, variatur obiectum in bonitate & malitia: ergo omnis circumstantia aggravans dat speciem peccati.

¶ 8. Præter. De similibus idem est iudicium: sed obiectum circumstantiae semper dant peccato, sicut obiectum quod dicitur quid, & finis qui significatur per hoc quod dicitur, ut si quis furatur rem, dant speciem peccati: quod si furatur rem, dant speciem peccati: ergo omnes aliae circumstantiae, quae aggravant peccatum, dant speciem peccati.

**S**ED CONTRA. Multi furari est gravius, quam furari: non tamen est alia species peccati; ergo non omnis circumstantia aggravans variat speciem peccati.

**R**ESP. Dicendum, quod circumstantia tripliciter habet ad actum peccati. Quandoque enim neque variat speciem, neque aggravat, sicut percutere hominem indutum veste alba vel rubra: quandoque vero speciem peccati constituit, siue actus cuiusdam circumstantia ex suo genere indifferens sit, sicut si aliquis leuat festucam de terra in contemptum alterius: siue sit bonus ex genere, sicut cum aliquis dicit de moysen propter laudem humanam: siue sit malus ex genere, & addatur sibi alia species malitiae: circumstantia, sicut cum aliquis furatur rem sacramentalem.

**U**ero aggravat quidem peccatum, non tamen constituit peccati speciem: sicut cum aliquis furatur rem. Et huius diversitatis ratio est, quia si circumstantia adveniens actui indifferenter se habeat quantum ad rationem, talis circumstantia nec dat speciem peccati, nec aggravat: nihil enim ad rationem pertinet, utrum quis percutitur, tali vel tali veste induatur. Si vero differentiam aliquam habeat per comparationem ad rationem, aut importat aliquid repugnans rationi primo & per se, & tunc dat peccato speciem, sicut accipere alienum: aut primo & per se, & non importat aliquid rationi repugnans: sed per comparationem ad rationem, talis circumstantia repugnantiam habet ad rationem, sicut accipere